

i diomaty imperity quoy saly qtingery
 qua costi non est ad illuy lingua cogi
 tiorem a des atigata ad sentem costē
 adipsandam non audobit eam unā esse d.
 cre. Ad intelligendā vāo germanam
 Severum literarū sententiā, quod fū impi
 mis urget vidit, audacter affirmo, d
 ite unā ee, ut ea. apud hūc tū care
 se nequeant. qd unā dco. Imo
 prosy inutilen et sup vacanea ee d
 levibus argumentis ostendit p. At
 dia non pauci, neq inducti hūc, y
 longy, el progredunt quāoqz, cum
 nimis diligente d curam qz pōmoy
 indagatiōne impedimento pleriqz ee affis.
 mant ad oruendum verū s. stram ac
 genuinū senti. quod quāoqz verū dei
 post, qz vident. Costē ita
 plena fabulati sunt oia, ita pūti
 ferū fonte supposito sabbato
 cordibus turbati, ita sabbato
 commentis iniquata plerqz, utran
 admodū sint i horum studio, q ab

His hinc labe discedant: Si solent
q̄ carbor, ut vulgo fertur, tractant
ne hinc causa in parte repetitur
est ex Menando, nisi fallor, Corri.
pi bonos mores pravi colloquii. Hic
mibi in mentem venit suspicari sane
inquinis ob causam in parte mentem
spe Timotheum, ut profanum. et
similes fabulas dicitaret: ne inter
dy, in q̄, in eadem epistola in Juda.
iay fabulis et genealogiis in sen.
miratay, q̄ questiones magis. q̄
quam idificatione, q̄ q̄ in file. q̄
alium obper cum hoc genere
su q̄ in disputatione Episcopi d.
p̄m̄, aut q̄ in retam fuit. vici.
patat Chrysa ut in scribari, q̄
legis libi p̄ h̄a vindicabant mali
t̄ip̄ et caliginosa iriquetabine
h̄ip̄ae demoy tranda. Si in ve.
sta lingua scientia sal utem
et plenam serm̄ intelligentiam
et in eius iniquitate episcopi et
verum nram infamiam longitudo, q̄
q̄o facies tot unquidibz, docet
Lincorn et sanctissimi Lincorn, q̄

iam inde ab Evangelii initio Deo incun-
 bulis hinc usque fuerunt quos baptizati
 a lumine quidem Synagogis vestros salu-
 tasse? In Graecis Ierosolymis Origenum
 Amphibolus, Hebraeis literis tenuisse me-
 moria proditi est. In Latinis ante
 Cyriacum Clementem et Hieronymum vixit
 quoniam ea lingua notissima. Legimus
 At quoniam Hieronymus eos in lingua
 Hebraica progressus fecerat, ut
 patere dicitur aut ut alii volunt de
 prevaricatione Latina editionem ad
 Hebraicam fontem emendare potu-
 erit. Ipsi tamen fatetur, se
~~non~~ errasse lingua ignoranti.
 Ac quod dicitur quod festi-
 tate? In Esaiam tamen pro pa-
 vore festi- tate perierat, et
 in Commentariis in Jeremiam quo-
 rundam vocabulorum se ignorare sciat.
 nem ingenue fatetur. Maxime
 dicitur dicant: Lucas: Iste Evange-
 lista ut propheta, Hebraeis literis
 cognovisse dicitur, ut ex eodem Hiero-
 nymo perhibetur. Quod hic re-
 spondeat? An plura adhuc restant?

Quid de Augustino, Ambrosio, aliisque patribus tuis, quorum au-
thoritate plerumque uteris? et plenis buccis eorum verba in ady-
rios tuos tanquam hastas quaedam amentatas vibras, quid tan-
dem illis facies? an illis omnem theologiae scientiam adimes?
An e regno calorum excludes? At constat Augustinum Graeca pa-
ram quam, Hebraicae linguae profus rudem fuisse. Sic enim
to Gregorius, Leonus, Hilarius, Tertullianus, Irenaeus, et reliqua pa-
trum tuorum agmina, quae suo studio contenti hanc eruditionis par-
tem quam tu nimis admiraris aut contempserunt, aut certe negle-
xerunt. Si Aquinatem nominabo, Si Cajetanum, summos et theo-
logos et Philosophos ridebis fortasse, qui tamen ridiculi non sunt
si eximiam eorum doctrinam, et acumen singulare spectes. Scit
cum suo grege, et infiniti alii Doctissimi viri, peres quos uros
jam a quadragesimo annis fere Theologiae possessio fuit an He-
braicam noverunt? Quotusquisque etiam hodie ex infinita The-
ologorum multitudine in omnibus orbis terrarum partibus,
qui hanc linguam hanc notitiam ad Theologiae studium ita ne-
cessario adjuvare oportere censet? Graeci ipsi, qui tamen par-
tim Magnorum partim Theologorum studio uel uel cognomi-
ne coluntur, estati sunt quantum Hebraicam noverunt? Quam ri-
diculi sunt, Deus bone! cum ipsi quos aliquando ἐπιστολῶν, si
Dis placet, conantur? Non dum se honor invadit cum Gregorius,
Basilios, Athanasios, Chrysostomus, et sexcentos alios nominos! aude-
bis dicere hos tuos Divos Hebraica lingua imbutos fuisse? Hos
tamen et tu et tui, veneratione omni dixeris esse existimatis et prin-
cipem eis locum inter Theologos attribuitis, non igitur huius ser-
monis honoratio est impedimento fuit, quo minus et Doctissimi
et Sanctissimi habeantur. Dic quaeso quid Origeni Adamaentino
ad Pliticas intelligendas adjuvanti attulit ea cognitio?
fuitne alius omnibus interpretis aut doctior aut verior, aut sin-
cerior? non dices opinor, Nam ne tu quidem negare potes, ma-
ximam in eo scriptore errorum et pestilentium opinionum
segetem esse, ex qua multa in Ecclesiam falsorum dogmatum
portenta redundarunt. Quis enim sibi plus in Anypio-
ris et alienis quibusdam a simplici veritate commentis in-
dulset? quis magis ridiculus fuit? est, usquam in plenis
aliis, quos omni aetate admirati sunt, sine Graecis sine He-

230

Annis, vel vestigium Hebraicae cognitionis? Quot concilia cele-
brata? Quot haereses damnatae? Quot commentariorum plau-
stra ad nos transmissa? In quibus tamen illi minime ad
haec perficienda adjecti sunt haec scilicet: lingua tua imperitia.
Hac ideo affero, quod omnia fere et conciliis et patribus tri-
buere te video, quos tamen hic imprudens reprehendis et eorum
auctoritatem labefactas atque convellis, cum non nisi Hebraica lin-
gua peritis S. Scripturas intelligentiam permittis. Tot seculis
cavit Ecclesia Christi. Prophetiae et interpretationis dono,
ante non plurimos annos ceperant episcopi quidam cu-
riosi et industrii homines. Quid igitur? an ante eos oes super-
iores aetates in tenebris versatae sunt? neque enim concedam ut
dicas, Evangelii lucem ex Hebraeis literis accensam esse quod
enim Hebraei commune habeant cum Evangelio?
Jam quam nobis utilitatem polliceris ut cecus ac lubenti-
animo magros illos in Grammaticis vestris ediscendis la-
bores perferamus, nam his fere finibus vestra tota arcana
illa doctrina terminatur. Requid erit praemii? Rabinos, opinor,
profere, hos dignos esse dices, quorum scripta cognoscamus.
Istane nos tibi bardos fingis, ut non intelligamus, corrupte e-
os scribere primum, deinde data opera tenebras odio Christi
iniquos illos recutitos luci ipsi clarissimae offundere cona-
ri? Miscuit Hebraicis multa, atque adeo inserta aliarum genti-
um, apud quos forte tunc versabantur, vocabula, quae non intelligas,
nisi illas linguas teneas, quod infinitum pene studium fuerit, neque
humanae vitae, quamvis multi anni eis perdiscendis suffecerint.
Non desunt in foedissimis illorum commentariis Arabica, Hispanica,
Gallica, Germanica, Italica atque aliarum nationum voces et di-
cendi genera, ita corrupta et mutila aut distorta aut mutata,
ut jam ne a suis quidem agnoscantur. Hos ne ego in S. literarum
interpretatione consulam, qui ipsi earum sensa ignorant? Et alia
omnia docent potius, quam S. Scripturam? Hos ne ego sequar
duces, qui capitales religionis nostrae et jurati hostes sunt, qui de
Christo Salvatore nostro horrenda quaedam impuro ac blasphemio
ore mentiantur, quorum quidem indignitatem horret mens

ipsa et oratio refugit; Deus bone, quid pretermittunt contumeliam
et facinoram cum de Christi matre, de patre, et nativitate loquuntur.
Vide Talmud ipsorum, quod thesauri loco habent incipiendo à verbo
Mehila. At ne multa hic commemorem, quid habes, quod amplius
hiscere possis, cum memoria repetes, quia foedissima illa bellua,
de Christi anima comminiscuntur: ajunt scilicet horrendum dicta spargunt
in inferos in caldario, bovino stercore, referto à demonibus ex quo
Potestne his cogitari quidquam absurdius aut sceleratius? et tamen
hos me audire interpretes vis? Dices fortasse religiosius eos in
V. T. explicatione versari. semper mihi sunt similes, insulse bene.
Verè n. dictum est, in animam malevolam non introibit scientia.
Quid veri, quid veri docent hi, qui de Deo sine ulla Majestatis
illius veneratione loquuntur? ut de multis pauca quaedam com-
morem, quid illud est, quod Deum ante mundi creationem, ne lan-
gueret otio et desidia, atque etiam ut se ad hanc, quam nunc adspi-
cimus, mundi machinam fabricandam sensim assuefaceret, quod
fabricando fabri fiant, tanquam rudem aliquem architectum
plurimos mundos ante extraxisse fabulantur, quos iterum dispo-
nebat, exercitationis nimirum gratia, ita tandem post longum
usum, artem didicisse, qua hunc, quem colimus mundum, quibus nos
ambitu suo coercet et continet, exedificaverit et absolverit.
Quid illud esse dicit, cum Deum, tres primas diei horas tota ponere
in lectione. Jadaica legis nugantur? Vix tibi alia quaedam, co-
rum doctrinae capita breviter namerem? non fugiam hunc descri-
bendi laborem. Fabros unde haec sumpta sunt, notatos reperies apud
Virum excellenti doctrina praeditum Xystum Senensem, ut non
sit necesse, me hanc in parte longiorem esse. Moses, inquit,
cum aliquando in coelum ascendisset, Deum accenti in Scriptura
L. scribentem offendit. Deus prima die novilunii mensis septembris
judicat universam orbem, reliquis deinde sequentibus decem ejusdem
luna diebus applicat se ad scribendum justos in libro vitae, malos
in libro mortis. Deus quotidie precatur devoto animo. Deus habet
locum quandam separatam, in quo statim temporibus multis cum
lacrymis deflet, ac seipsum affligit, quod Judaeis iratus templum
everterit Hierosolymitanum, ac populum suum in captivi-
tatem dispersevit. Deus imponit sibi linea caput et brachia
vincula

vincula quaedam coriacea, quae Theophilin vocantur, induit, tu-
nicam lineam, quae Jizith dicitur, et hoc modo ornatus in ge-
nua procumbit et orat etc.

Tu missos jam tandem faciamus impuros hos blaterones, qui ex
tota sua religione, si qua tamen proditi fuerunt, ludum jocumq;
fecerunt, potestne quidquam fingi absurdius, supersticiosius, in-
dignius? Perfidum hoc hominum genus data opera puros fon-
tes injectis sordibus lutulentos efficit, nihil nobis vestri preclari
se. doctores, integram reliquerunt, omnia foedarunt, omnia
contaminarunt, omnia depravarunt.

Scio, quod me voces, verba ipsa V. Testamenti, san veneranda
esse, ut eorum explicationis causa hujus linguae notitiam re-
quirant. Jam dic mihi, unde illorum explanationem petam?
a Rabbiniis tuis? jam audivisti, quam fidi illi sint interpretes,
quam tuto eis animum accommodare queat, quicunq; pietatem
colit. Deinde si negem textum Biblicum, verum ac antiquum
illum esse, quod veteres atq; adeo LXXII. interpretes usi sunt,
quid habes, quod contra afferas? Non leves conjecturae passim
ex doctis viris sumi possunt, quae tantum corrumpendi et ve-
rum scripturae sensum posteris eripiendi Rabbiorum vestro-
rum studium nobis demonstrant, ut si prorsus negemus,
verum hunc esse textum, quo hodie utimur, non multum
a vero aberremus. Vides quid vestris illis veris debeamus?
Miraris fortasse audaciam meam. Quid aliud queso suspicer,
cum videam proter LXXII. illos summa doctrina praeditos viros,
alios quoq; ad interpretationem librorum sacrorum manus ad-
movisse, qui omnes inter se multis locis discrepant, quod sane
varietati exemplariam tribuendum sit, non malitiae, non
ignorantiae. Nam et Aquilam et Symmachum et Theodotio-
nem, magnos viros fuisse constat. Sed his aliae tres versiones
accesserunt, quae quinta, sexta et septima vulgo vocabantur,
quin et octavam Hieronymus elaborasse creditur. Nota sunt
origenis Hexapla et Octapla, aliae quoq; fuerunt diversa
editiones ad harum imitationem fabricatae. Nam scribitur
XXX. viros Aquilam Ponticum in sua interpretatione secutos

esse. sex item interpretes quosdam fuisse memoratur, quorum
editio multos errores habuerit.
Fuit etiam alia quedam editio, quae post Babylonicam captivi-
tatem in dolio repta dicebatur. Hieronymus in Praefatione
Paralip. satis aperte docet, etiam ejusdem editionis diversa
et plane inter se pugnantia exemplaria fuisse, circumlata.
Hinc nimirum nata sunt tot emendationes, tot castigati-
ones, tot recognitiones ad Hebraicam, ut dici solet, veri-
tatem. Quia alia provinciae alij atq; alij exemplaribus
utabantur non aliam ob causam, quam quod suam quae
editionem alij emendatiorem esse persuasum haberent.
Alexandria quidem et Aegypti editionem usurpabant ab Hesperio
Presbytero Hierosolymitano recognitam; Constantinopo-
litana Eusebia ad Antiochiam usq; à Luciano Martyre An-
tiochensio presbytero ac Nicomediae Episcopo emendata
legebat. His vero interjecta regiones Palaestinae, quibus
utabantur, qui Eusebii testimonio ab Origine castigati fue-
rant. Samaritanorum quoque codicum quorundam Hieronymus
mentionem facit non raro. quibus omnibus deum Hieronymus quae
suam adicere non dubitavit, Augustino, Rufino, Palladio, Galatiano
studium ejus improbante. Variare autem hodieque exemplaria
Felicis Pratensis ostendit editio, qui varias ex variis codicibus
Hebraicis annotat in margine lectiones. Item Bruno Am-
bachius in Praefatione Psalmorum multis in locis manuscri-
ptos codices à Veneto discrepare asserit. Ac quoniam in Hi-
eronymi mentionem iterum incidimus, ne illud quidem silentio
praetereundum est, disertè eum scribere, sexaginta editionum
vitiis scriptorum corruptam à sua puritate degenerasse.
Illud addo, quod ipsum quoque non parum ad id facit, quod probare
contendo, Hieronymi quoque ipsius codicem non fuisse integrum,
indicio est, quod quae ille tum tanquam vitiosa notaverat,
ea nunc in Graecis codicibus emendata leguntur, in quibus illud
est unum, quod Hieronymus miratur pro Chikrath, Hippo-
dromam positum esse, nunc si quam nos habemus editionem
Graecam in

de Ho 1571.

Graecam inspicere posset, nihil esse causa animadverteret, cur tanto-
 pere miraretur, nam sic scriptum legimus hoc tempore. *Ἐξέτερο δὲ
 ἰνικα ἕξῃσιν εἰς ΧΙ Δαδὰ*, neq; est probabile. Graecam lullesiam
 totam ad Hieronymi arbitrium suos codices emendasse, cujus neq;
 fuit tanta apud eos auctoritas, neq; veri tanta eruditionis existi-
 matio, ut illis emendationem in textum suum inducere vellent, quod
 quidem si factum aliquando fuisset, certe curiosi scriptores, qui
 minima omnia persequuntur, nec hoc quidem praetermississent.
 Multis technis usi sunt vestri illi caballi ad depravandum nobis
 textum ipsum. Ac ut omnia alia desint, an non saty magnum
 adjuvantum ex punctorum appositione ad omnem facum fa-
 ciendum habere potuerunt? Sui enim jam novum est, puncta
 vehementer totam sententiam variare ac pervertere? in
 quibus appingendis tantum sibi Rabbinis Tiberitis permiserunt,
 ut distincta per hyphen conflaverint, coalita per diastolas di-
 vulserint, aliisq; modis a recto detorserint, hos autem primos
 Bibliis puncta asinxisse Elias Levitas, doctissimus Grammaticus
 in suo Masoreth demonstrat. Non esse autem Germanam, sed
 multis locis adulteratam Hebraicam editionem, qua hodie
 utuntur Hebraei, jam ante monimus: addi hoc quoq; indicium
 potest, quod aliquot locis mutus est textus. quod n. 70. reddide-
 runt Ps. 13. sepulchrum patens est guttaeorum et qua sequun-
 tur, hodie apud nostros desiderantur. Patet autem olim locum
 integrum fuisse. ex Epist. Pauli ad Rom: ubi totus adducitur ex
 22. interpretatione, quem tamen extare quidem affirmat Lindang,
 vir doctissimus in quodam Anglico codice, ante annos circiter
 950. ut existimat, scripto, quem ait punctis in universum caru-
 isse. Sed addit hoc quoq; quod apud veteres legebatur perve, periodo
 atq; complexione, isti in multas disseverant. Nam, ut ait
 Elias Levites praefatione 3. Masoreth, et sine finali versuum
 distinctione, sicut nos quoq; hodie videmus, unde et Magistri
 Cabbalistici ajunt totam legem, quasi perve unum atq; perio-
 dum, aut secundum alios dictionem unam esse, exceptis nomi-
 nibus divinis, ut dicit Rabbi Mosy Filius Naaman. Quo cum

sunt ita, nec distincta fuerit lex in suas periodos nisi à Tiberio. Gal-
binis, an non post templum iterum eversum 436. hoc est, annis
Christi 512. quid mirandum, si aliter nunc legant, periodos, ac ver-
sibus distinguant, atque prisci illi interpretes et Hieronymus ipse?
Quantum autem ad hanc rem momenti habeat literarum pronun-
tatio, facile perspiciet, qui leget, quod idem Elias tab. 2. Thasoret
orat. i. memorat. Sit enim Iod litteram quinquaginta duobus locis
scribi initio dictionum ac legi Vau, contra locis quinquaginta sex
Vau scribi et legi Iod. Item septuaginta locis Iod in medio voca-
buli scribi et legi oportere Vau. Exempla profert ex Ps. 37. et
Gen. 24. sunt et alia, inquit, plurima literae, quae vicariam
inter se habent permutationem, praesertim quae in figura sunt simi-
les ut Beth et Chaph, Dalet et Resch, aut quae eundem sunt pro-
nuntiationis ut Beth et Mem, Pe et Mem, Aleph et Ajin, haec
pertinent literarum transpositiones, cum prius legitur, quae postea
nuntur, quas ait esse numero LXXI. Rursus cum littera ex dictione
in dictionem sequentem rejicitur, aut contra in precedentem,
ut Job. 40. Ezech. 42. omitto dictiones illas decem, quae scribuntur
quidem et non leguntur; rursus illas octo, quae leguntur et non
scribuntur, similiter eas, quae ex duabus in unam conflantur,
aut ex una in duas divelluntur ut Gen. 30. Exod. 3. i. Reg. 9. Mich.
Esa. 9. item dictiones aliae pro aliis ut i. Reg. 18. Haec pro Chaph
Dem Elias Profet. 3. fatetur diversas in Bibliis lectiones extare,
ut septies scribi Apholim et legi Teborim, quinque scribi Kuajim
et legi Anavim. Hieronymus Ps. 34. De sapientis repetitum testatur
cum ne semel quidem sit in multis Hebraeorum exemplaribus.
Quod supra de punctis adduxi, et interpretationem ac sententiam
mirifice variari dixi, si suis locis vel non adscribantur, vel non
veantur, facile intelliget, qui secum reputabit dictiones typorum
characteribus pingi solitas variè et legi et verti posse, ut
□□ sine apicibus scripto, si notulas adsperas, videbis diversam
induci sententiam, nam sic □□ nomen, sic vero □□ ibi vel
illuc, deinde hoc modo □□ posuit: vel hoc altero □□ desolatum
significat.

238
significat. Literarum quoque similitudo, in quibus scribendi facile lapsus
est, prorsus aliam sententiam reddit, ut si pro 50 scribitur 51, totus
velo errabit in Danielis 6. cap. explicando, quo loco hoc postremum
cor significat; illud a. quod primo loco posui, omnis. Locus est cele-
bris Gen. 36. ipse est ana, qui invenit Haisemin in deserto, cum
paucis asinos Sebeon patris sui. Quidam putant feminam maria
appellata esse. Cujus quidem loci Hieronymus in quest. Hebr. tot
esse interpretationes, quot interpretes ait; aliqui aquas calidas,
alii onagros, nonnulli mulos vertunt. Aquila sic. Ipse est ana,
qui invenit dur et digner, et Symmachus sic digner.
LXX et Theodotion Hebraicum retinent lor idneir, quidam
aquas calidas, hoc est, coitus calores calentes. Pellicanus ita ut
scriptum est, relinquendum putat, quod huc dictis nondum in-
tellecta sit. Simile fortasse sit Kikajon apud Jonam, cujus ver-
bi interpretatus magnum in Africa tumultum excitaverat.
Nam cum Episcopus quidam in sua Ecclesia ad populum concio-
naretur, et pro cucurbita hederam, ut Hieronymus interpretat,
vertisset, repente magnus tumultus ortus est, neque ante tumultu-
ari desitum est, quam Episcopus errorem revocaret; quae de re
vide Augustini Epistolam ad Hieronymum. Sed redeo ad Rabbi-
nos, addunt, detrahunt, mutant pro arbitrato Rabbi nostri,
quos mihi religio sit attingere. Lutherus, quod Sagninus et Mun-
sterus alicubi errarunt, causam ait esse, quod Rabbino-
rum glossis nimium crediderunt, qui de Christo, inquit, pravae ha-
bent opiniones. Moses et Scriptura fidei nostri temporis in-
cognita est, nec vere apud eos est Moses antiquus, qui ubique
vult Messiae testis esse. Sini igitur Messiam tam scelerate
tractent, impossibile est eos Moser vel in uno versu recte
intelligere. Haec Lutherus; Quamvis certe Munsterus diligens
admodum in istorum commentis et absurdis interpretationibus
confutandis fuit, ut planum fit ex eruditissimis ejus in Biblia
annotationibus. Non sunt itaque digni rabulae isti Caballici, in

quibus legendis sudem, praesertim cum nihil adeo latens ac recondi-
tam in eis sit, quod non diligentissime perscrutari sint Lagmanus,
Munsterus, Vatablus ac alii, ac fidelissime nobis communicarint,
qui quidem ita in hac studio versati sunt, ut nihil adeo difficile
atque involutum sit in Bibliis, quod non eorum superavit industria
ac curiosa diligentia, quos ipsos neque tu nec quisquam alius facili-
te equare, neque superare videatur posse, eorum etiam confessione
qui se principes in hac arte haberi volunt. Horum ego comen-
taria ita lego, ut multi majorem illis fidem habeam, quam si ipse
peritae linguam intelligam. Alieni igitur oculis, inquit, videri
maius, quam tuis? Malo equidem ea praesertim in re, quam ipsi
acutius cernunt, quaeque meorum aciem oculorum aut fugit aut
certe perstringit. Quid in id faciam, cum illi ipsi, qui Graecos
se profitentur, ac tu ipse, tu inquam, inuicem docti omnes ex his
hauriunt, si quid habent, quod si quid etiam sua industria erutum
proferunt, ad horum testimonia confugiant, horumque autori-
tate suam confirmant ac stabilis sententiam. Homines fac-
erunt, inquit, etsi summa doctrina, errare potuerunt, non neque
et te, neque eadem conditione, natum esse intelligo, ut sepe la-
bamur et recte specie plerumque decipiamur. Lapsi sunt illi
aliqua in re, non maxima. Errare potes et tu, ego item,
etiamsi totam aetatem in his studiis consumsero, in re multo
majore, et quidem multo, quam illi majore periculo. Ut sit
errorum illorum neque ita magni, neque ita multi sunt, ut propter
tantum in perdisenda hac lingua laborem exantillare debeam.
Si in unius ac alterius vocabuli aut etiam loci interpreta-
tione hallucinati sunt, si una syllaba ceciderunt, non propter
tota causa atque salute ipsa excidisse censendi sunt, non ea in
re fidei summa posita est. Sed ne nimis sine quid quaeso
michi iam tandem rei esse dicam, sive cum totis istis Bibliis, sive
cum Rabbini tuis? an adhuc sub teo spero? quid nobis prodest
Christi mors et resurrectio, si adhuc ex Veteri Testamento pen-
demus et illuc spectamus, non opus est mihi alio testimonio
quam Christi

quam Christi Magistri et Servatoris mei, eum jam Dei beneficio
 apprehendi, querant fidei sua fulcimenta ex Bibliis, qui Christo
 fidem abrogant. Mihi satis est Evangelii doctrina, tum ad necessa-
 riam eruditionem, tum ad fidei firmitatem et consolationem.
 Quod si me disputare et fidei mea rationem reddere vis, si Eth-
 nicus, si Epicureus sis, nullum tecum de religione, verbum con-
 matabo. Jam n. vetat me tecum agere, vulgatum illud axioma,
 quo docemur, contra negantes principia non est disputandum.
 Si Evangelium non refugis sed approbas potius, ex eo tecum agam,
 illinc argumenta petam. Habet n. omnia, que necessaria mihi
 tibi et omnibus sunt ad salutem, si verè credis, neq. nimis curiose
 inquirere in ea studes, que jam apud me, stata et firma sunt.
 At petuntur, inquis, illinc testimonia, quibus evincitur, Christum
 verum esse Messiam, qui promissionum scopus erat. Non nego, sicut
 jam dixi, de eo me jam nihil dubitare, idem faciant oportet, qui
 verè Christum induerunt, quibus tantum pondus habere Christi rati-
 onationes in Evangelis contra Judæos sparsas, persuasum est,
 ut non putent aut necessarium aut opera pretium esse, de his
 illa repetere et actum agere, prosertim, cum id nemo melius
 quam ille prætiterit, efficere queat. Hic igitur nos conquiescimus,
 in hac nobis fidei nostre robur omne constitutum, quibus non cum
 Judæis, non cum paganis, sed cum Christianis negotium est, qui si
 quid Evangelis gravius aut potentius querunt, eis nos securus
 animo cum suis questionibus valere, iussu ad Imperatoris nostri
 signum, et teheram nos alacri mente conferimus illi presidium,
 propugnaculum, salutem reperturi contra omnes diaboli insidias.
 Longè nobilior nobis et præstantior hereditas constituta est, quam
 Judæis tuis, alius generis hæc nostra bona sunt, alia terra nobis
 promissa, alie leges posite, non hic multiplex ille sacrificiorum
 ritus proponitur, non sabbatha, non ægyptiorum solemnitas, non
 circumcisio capitis poena sancitur, non hic socii cum viribus, Gen. 38. et cy.
 patres cum filiis, Propheta cum uxore, fornicationum. Nazareni Osè. i. Jud. 14.
 Dei cum sortis consuetudinem habent, non hic mariti noctes uxorum Gen. 12. et 20.
 suarum amatoribus vendunt, non miscetur duabus Germanis proceribus 2. Reg. 11.
 unus maritus, nec hujus generis alia à Deo gratis hominibus, ut ibi fieri 3. Reg. 11.
 videntur. Longè alia hic ratio est. Jam si rem diligentius expendas,

non in paucis alijs quoque rebz, usq; sane maximis non diversa so-
lum, sed et plane contraria nobis à legislatore nostro praecipis,
animadvertentes. Ne longe abieris, in Veteri T. scribitur oculum pro
oculo, dentem pro dente. Exod. 21. quid Christus statuit? plane con-
trariam; Audistis inquit Matth. 5. quia dictum est antiquis, oculum
pro oculo, dentem pro dente. Ego autem dico vobis, nolite resistere
malo, et si quis percusserit te in unam maxillam, porrixe. e;
alteram. Hic et similibz antinomij plena sunt penè omnia
scripta Evangelica et Apostolica. Et quo illud pertinere, aut magis
Nemo pannum novum affuit vestimento veteri, alioquin ma-
jor scissura fit, neq; vinum veterisq; utriusq; credit. Non est
igitur Christianismi miscendi cum Hebraismo, cui utraq; lex
circumscripta finibus est, suum et illud testamentum habet pu-
pulum et heredes, et hoc nostrum suos fide, vita, moribz, insti-
tutis, poenis, premijs inter se plurimum difere partes. Lex et pro-
pheta usq; ad Johannem, transeant igitur vetera; nova sunt
omnia, nova lex, novus legislator, novus rex, novus sacerdos,
novum sacerdotium, novum sacrificium, nova civitas, novum
regnum, et ut semel dicam, nova omnia. Quare nihil vetera
ita vetera moramur, quae nihil ad nos pertinere intelligimus,
sive ad fidem instruendam, sive etiam vitam instituendam.
I nunc et tuos Rabbinos venerare. Audio quid musites, Matthaei
Evangelium Hebraicè scriptum scilicet esse, facit ita esse, quam-
vis ~~ita esse~~ sunt, qui de eo non sine causa dubitent: nam pro-
pterea plz ego tibi aut alijs etiam peritissimis in eo libro intelli-
gendo fidei habeam, quam Johanni Evangelistae, qui illij in-
terpres fuisse traditur à Theophylacto, vis hoc incertum esse,
ne illud quidem, quod tu affers, certius est; per pari relatum
sit; dubia dubijs repelluntur. Scio Santhenam Matthaei Evangel-
ium Hebraicè scriptum ex India in scholam Alexandriam de-
tulisse, in qua floruerunt Origenes, Dionysios, Athanasius, Didy-
mus, Maximus Philosophy, atq; alij complures summi viri, sed
non efficies propterea, quod vis, ut necessario à Matthaeo He-
braicè scriptum fatendum sit. Hieronymus in Bibliotheca
Caesareensi Hebraicum vidit: viderit sane; verisimilius est,
versum esse ab aliquo in Hebraicum ex Graeco sermone. Idem
evenit Johanni, cujus Evangelium Hebraicè ad sua usq; tempora
in Gaophtilacis

235

in Gazophylacijs Hebraeorum ad Tiberiadem asseruatum esse scri-
bit Epiphanius l. i. Heres. 30. Animadvertit jam, quid vincere velim,
illud nimirum, ut aut nihil proorsus aut parum admodum vetus
illud vestrum testamentum ad nos pertinere; in Novo defixas
omnes nostras cogitationes esse debere, omnia consumi studia
nostra debere contendunt. At hoc non Hebraice sed Graeci tradi-
tum nobis est. Deus Christum nos audire, Christus et se et Apo-
stolos suos iubet, sed horum et dicta et facta Graecis literis non
vestris mandata sunt. Non legem sed Evangelium ut promul-
garent, Christus Apostolis suis praecipit, et nos non Moysi sed Chri-
sti fideles, in quem et baptizamur, non circumcidimur, nomi-
namur, non nobis illud dictum est, habent Moysen et Prophetas
sed vetus illud Laely Rom. 8. vocat timoris et seruitutis; contra
vero nostrum hoc testamentum dicit esse libertatis et securitatis
regnum. Illud montem corporeum, Heb. 12. Gal. 4. hoc novam
Ierusalem, illud mortis et condemnationis admi-
strationem, hoc vita et justitiae praedicationem 2. Cor. 3. illud
litteram occidentem, hoc spiritum vivificantem. non sumus jam
sub lege, sed spiritu ducimur Gal. 5. Denique ne omnia persequar,
non jam ut illi vestri umbram confectamur, Moysen duce, sed
jam veritatem assecuti sumus per Christum, vos si lucem fugitis,
si tenebris et umbris adhuc delectamini, et quod dici solet, fru-
gibus reperti adhuc glandibus vesci mavultis, per me licet. Videri-
tis vos, modo nobis Christum nostrum relinquatis, qui nobis in
vitam, lucem, veritatem, justificationem resurrectionem
et salutem dicitur est a Deo Patre rerum omnium creatore et
conservatore praepotente. Hunc nostrum Magistrum, hunc du-
cem sequamur. Nam fidelis est et fidelis sermo ejus, non patietur
nos errare, labi, decipi, imo errantes in viam revocabit.
Cautum est nobis edicto, ne alios Magistros queramus. Quod si
etiam ita pertinax sis, ut proorsus cognitionem Veteris Testam.
esse nobis necessariam contendas, jam de eo non multum te-
cum pugnabo, sed illud asseruo, LXXII. illorum, quos Ptolomeus
in unum coegerat, ad Sacrorum codicum interpretationem,
multo apud omnes majorem auctoritatem obtinere, quam

vestrae Hebraicae editionis, quam supra multis locis adulteratam
et plane suspectam esse ostendimus. Horum contra editionem u-
surparunt Evangelistae, Apostoli, quo quid majus dici potest?
et universi jam inde ab incunabulis religionis nostrae ad haec
usque tempora doctissimi homines, qui Christo nomen dederunt.
Hae causa fuit, ut et Palladius Galatae et Rufinus Hieronymi
interpretationem reprehenderint. Augustinus certe in diversa
est sententia, cum sic ad eum scribit. Ego sane malle te Graecae
potius canonicae nobis interpretari scripturas, quae LXX. inter-
pretum auctoritate perhibentur. Sed verum n. erit, si tua
interpretatio per multas Ecclesias frequentius coeperit lectitari,
quod a Graecis Ecclesiis Latina Ecclesia dissonabunt, maxime quae
facile contradictor convincitur Graeco prolato libro, id est, lin-
guae notissima. Si quis autem in eo, quod ex Hebraeo translatum
est, aliquo insolito permotus fuerit, et falsi crimen intenderit,
aut vix aut nunquam ad Hebraea testimonia pervenitur, quibus
defendatur objectum, quo si etiam perventum fuerit, tot La-
tinas et Graecas auctoritates damnari quis ferat? Hae Augusti-
nus. Huc accedit quod LXX. editio omnium antiquissima est,
et ut ante monui, tum ab Apostolis et Evangelistis, tum ab omni
Ecclesia ad haec usque tempora summam auctoritatem obtinuit.
Origenes certe in Epistola ad Julianum Africanum hinc uni tan-
tum tribuit, ut affirmare non dubitavit id tantum pro vero ha-
bendum esse in S. Scripturis, quod in LXX. interpretatione re-
perietur. Adde adhuc Augustini testimonium ex lib. de
Civit. Dei XVIII. c. 43. Ecclesia Christi, inquit, tot hominum
auctoritate ab Eleazaro tum Pontifice ad hoc tantum opus
electorum, neminem praefertendum. Quia etiam si non
unus in eis apparuisset spiritus sine dubitatione bonus. Sed inter
se verba interpretationis suae LXX. docti more hominum con-
sulerent, ut quod placuisset omnibus, hoc maneret, nulli eis
vetus interpretes debeat anteponi. Adde licet, quod Hieronymus
passim scribit, hos 70. viros spiritu S. plenos fuisse et ejus
auctoritate scripsisse. Quid igitur amplius requiris, ne erres?
An Rabinos errorum duces? Si quae sunt in V. T. loca, quibus
opus sit in Novo, horum auctoritas me movere magis quam
tuorum

fuorum debet, ut ostendi, quin ea jam a Christo ipso et Apostoly
 ejus discipulis et adueta et explicata legimus, multo fidelius legimus
 et rectius quam vestri faciant, quid me ad tuos igitur trahis?
 Homines improbos, vanos, malitiosos, Stupidos ad omnem veritatem,
 Christianorum vero et Christi capitales hostes! Malo ego Ewange-
 listam interpretem audire in Jesaia Prophetia illa, quae plane
 pietatis nostrae fundamentum est, quam Rabbinos tuos, qui nobis
 in voce ALMAH quamlibet puellam pro virgine substituunt
 et hunc, quem virgo conceptura et paritura filium praedicitur,
 non Christum Mariae, sed nescio quam Jesaia aut Ezechiel pro-
 lem significari blasphemis ore fabulantur, quasi Bethulah pro-
 scriberetur non Almah. Vides quomodo impie torquent et no-
 stros aliter sentientes rident, veritatemne a falsariis et men-
 dacibus petemus? aut lucem a tenebris sperabimus? Matthaeum
 igitur his explosis audiam, qui Almah παραδέρωρ mihi vertit,
 qui item Immanuel μετ' ἡμῶν ὁ Χρὸς, quid item Jesus no-
 men significet, satis aperte indicat, iam inquit, ipse enim serua-
 bit populum suum ex peccatis ipsis. Paulus sercentis vestris
 Rabbinis doctior, etiam antequam Apostoly esset, atq; etiamnum
 Gamalielē audires. Voces omnes in Exodo et Levitico ita Graecē
 explicat in Epistola ad Hebraeos, ut nihil jam vestris insaniis illis
 et coecis Doctoribus opus sit, totam legem, caerimonias, verba
 penē omnia, quae huic pertinent, luculenter, verē, proprie
 interpretatur. Marcus 4. multum lucis interpretatione sua
 Jesaia attulit, impleta est, inquit, militia ejus, docet nimirum
 Zaka esse tempus illud militiae, quo sub duro legis sacrifici-
 orum, rituum, caerimoniarum iugo militauerat, stationem
 ordinemq; suum deseruisse sacerdotes, omnia illa pedago-
 gia umbracula evanuisse et irrita esse, verum regnum
 Christi, sacerdotis unice, remissionemq; peccatorum adventare.
 Hoc ne somniant quidem unquam vestri Rabbini, nunquam
 ad intimam hujus rei medullam penetraverunt Isa. 25. ab-
 sorpsit mortem in aeternam, quomodo Sauly interpretatur.
 Absorpta est, inquit i. cor. 15. mors in victoriam hanc in-
 terpretationem sequor, quid vestri nuyentur, nihil moror.

lic Ps. 15. et si vestri ad Davidem referant, nos tamen ad Christum
mortuum, sepultum et excitatum spectare hanc Prophetiam credimus.
lic n. Petri in Actis testatur, ex quo sententia solius et verborum
plenam explicationem petere licet, 7772 vestri gloriam inter-
pretantur, Apostolus exaltavit inquit, lingua mea, tollit nimirum
ambiguitatem, lingua n. celebratur Deo. 7773 quid sit, nondum
satis apud vestros explicatum est, non uno certe modo explanari
disperdere, admirari, aflare, plerique, hic aut errant, aut ambigunt
aut nesciunt; Videntur Rabbinorum tuorum sectatoribus hic agere
haerere? Quin igitur ad Pauli interpretationem confugimus, qui
7774 epurior exponit. Nam Isa. 54. citans sic ait, plures
sunt liberi deserta, quam ejus, quae habet vivum. 7775 quam
varie redditur? fovea, status mortuorum et damnatorum, se-
pulchrum, mors, fossa, infernus, quid non? non videas, quid sequa-
ri. Errabis sine dubio, si caeci coecorum duces tibi praecedant.
quid igitur? Audi spiritum S. interpretem Act. 2. non derelin-
ques animam meam apud inferos. 7776 foveam ibidem multi,
Lucas vero dischordiam corruptionem expressit. Sed quid omnia
persequor? In Novo Testamento obvia passim sunt exempla.
In Veteri autem etiam in iis, quae ad nos parum pertinent, quam
perfidie versati sint, passim reperias apud viros doctos annota-
tum. Illud pene praeterieram, quod tamen antehac quoque signi-
ficavi paucis in Ps. 13. octo versus à Paulo citari, qui quidem ad
Rom. 3. positi sunt, quibus Hebraica editio caret, ut vel hoc
satis firmum sit argumentum, multa eos sustulisse, multa
depravasse. Nam certe Euseb. l. 4. c. 18. Euseb. Hist. aperte
docet, data opera textum eos corrupisse, ut nostris exempla-
ribus fidem derogarent. Justinus quoque cum Tripbone suo dispo-
rens, evincit multa Prophetarum loca mutilata ab Hebraeis
fuisse, illud inter alia referens; Dicitur in nationibus, qui strigis
regnavit à ligno, è quo versa illud à ligno detractum fuisse
ostendit; Historia quoque Susanna et trium puerorum ex histo-
ria Danielis subtrahita est, quae causa fuit, ut Porphyrius totam
Danielis Prophetiam confictam esse diceret. Africanus quoque
Origeni

Origeni objecisse scribitur susanna historiam alienam esse à
 scriptura prophetica, ut testis est idem Eusebius l. 6. c. 23. Si ita
 occurrit Origenes, ut dicat Judaeorum fraudibus et commentis
 locum non esse dandum, sed id solum pro vero habendum in scri-
 pturis divinis, quod LXXII. interpretes translulerunt. Nam id
 esse solum, quod Apostolica auctoritate confirmatum est, idem
 refert Hieronymus in Catalogo de Julio hoc Africano scribens,
 et i. lib. apol. adv. Rufi, ubi inquit; quod autem refero, quod ad-
 versus susanna historiam et hymnum trium puerarum, et
 Regis Draconis fabulas, quae in volucrie Hebraeo non ha-
 bentur, Hebraei soleant dicere, qui me criminatur, solum
 se sycophantam probat. Non enim quid ipse sentirem, sed quid
 ipsi contra nos dicerent, explicavi. Haec ille. Gen. 8. Corvum
 à Noë emissus egreditur nec revertitur. Sic Hieronymus
 in Dialogo contra Iulianum, et in Epistola ad Oceanum.
 Sic Cyrillus in Epistola ad Novatianos. Sic Ambrosius de Noe
 et Arca; c. 17. Sic Augustinus tract. 6. in Johannem; sic Isidorus
 sic Chrysostomus in com. super Gen., sic Eusebius in Chronico,
 quid omnes commemorem? Contra vestri nunc legunt, cor-
 vum et egredi et reverti, tunc patitur, quam his, quos nomi-
 navi, credere me vis? Sed nimis ista fortasse minuta vide-
 antur; Irenaeus certe apud Euseb. lib. 5. Ecl. Hist. c. 8. non
 alia de causa Theodotionis et Aquilae translationem auto-
 ritate spoliavit, quam quod Judaei essent ambo et proselyti. Vi-
 des apud sanctos et doctos homines suspecta esse omnia, quae
 in Synagoga vestra fabricarunt vani illi et ex mendaciis
 conflati commentorum vestrorum architecti, et tu nos re-
 lictis vivis, et in vitam aeternam salientibus aquae fontibus
 ad turbulentas foetidissimas lacunas vestrae scatebras remittis, tibi
 istas et tuis similibus serva, ut similes habeant labra lactu-
 cas. Sed quid aliorum testimonia conquirimus? ipsi tui, ipsi
 inquam Hebraei sponte nostram causam fulciunt, suos
 ipsi codices infamant, cum eos jam inde ab illis temporibus

depravatos fuisse, quibus Nabuzardan Assyriorum Regis præ-
fectus domum Domini succendit, ac regiam et totam denique
sacram urbem in cineres redegit. Ajunt n. hunc sacros libros,
qui publicè magna religione asservabantur, igne absumtos fu-
isse, et nunquam postea restitui potuerint, et si non defuerint
qui id conarentur, relictu enim fuisse quædam privata volu-
mina apud nonnullos, sed dubia fidei, ex quibus instaurata de-
nuò ac consecrata fuerint. Sed præstat hanc historiam
ex A. Davide Kimchi summa autoritatis Rabbinò referre,
et repetere. Is igitur in suis Comm. in Reg. 3. et in Prefat.
Prophetarum sic loquitur. In captivitate prima corrupta sunt
exemplaria, eliquerunt, ex uno exemplari sic, ex alio aliter,
et ubi clarum non potuerunt habere sensum, scripserunt dicti-
onem unam intra contextum et aliam ad marginem.

Perierunt quoque exemplaria et distracta sunt, et morientibus
sapientibus, qui tenebant scripturæ sensum, conati sunt hi,
qui erant de synagoga magna restituere legem ad vetusta-
tem suam, intervenientesque dispersiones in exemplaribus adhi-
buerunt fidem pluribus exemplaribus consentientibus. Ubi vero
claram cognitionem habere non potuerunt, scripserunt unam
dictionem absque punctis, aut scripserunt in margine, et non
intra contextum. Adscribam ex libro Senensi, cujus industria
non parum hic adjutum me esse fateor, quæ in hanc senten-
tiam affert, et nonnullorum, ut ipse vocat, hereticorum objec-
tionibus. Sic igitur ait, Thalmudistæ serè omnes in libris Thalma-
dicis frequenter mentionem faciunt de correctione, quædam
Veteris T. qua olim Rabbinii ipsorum in emendando S. Scriptu-
ræ Textu usi sunt, quam Tiham Sophrim, hoc est, correctionem
sapientum scribarum vocant, juxta quam scribæ etiam
ante natum Christum quædam in libris legis et Prophetarum im-
mutarunt, nunc scripturam quibusdam punctis distinguentes,
nunc alia in marginibus apponentes, quibus, quæ loco eorum,
quæ in contextu scripta erant, urbanitatis et modestiæ gratia
honestius est

238

honestius ac decentius legerentur, ut pro coire cum concubi- de Ho 1571.
na, jacere cum illa, et pro humano stercore, egestionem,
cujus rei gratia interdum quoque id, quod scriptum erat à Propheta
eradentes, in locum illius, quod ipsi magis è Scriptura decore ju-
dicassent, reponerent, unde factum est, ut sensus multo à Pro-
pheta sententia diversus emergerit. Cujus rei testis est Pra-
chetz, Hebraicorum voluminum observator diligentissimus
(i. victoria adversus Hebræos indicans, olim in calce primi
capitis Malachia scriptum fuisse ^{וְיָדָא} hoc est, me, in ejs
locum scriba subrogarunt ^{וְיָדָא} hoc est eum vel illum, ex
quo sequitur, quod ubi nos juxta correctionem scribarum legi-
mus, ecce de labore vestro, et exsufflastis illum, ibi quondam
à Propheta dictum fuerit, ecce de labore nostro, et exsufflastis
seu afflixistis, vexastis, vel expirare fecistis me, dicit Dominus,
similiter quod nunc legimus Micha 1. cap. in domo pulveris,
pulvere adspergite vos p. 997. Hæc Prochetz, et quamvis
ut annotat Sicutus quoque ipse, Judæi damnant eorum sen-
tentiam, qui non dubitarunt libros sacros aliquando ita
fuisse funditus corruptos, dicere, et Jacob Benkajm Tu-
netang refutet David Kimchi opinionem, tamen ad id, quod
volo, satis fuerit ipsorum quoque Judæorum confessione non esse
editionem ipsorum Hebraicam integram, et à depravationis
suspicionem immunem.

Hæc sunt, quæ tibi de lingua tua, quam nimis perditæ anas,
obiter respondenda duxi, quæ si vera sunt, desine jam tandem,
epus amore tantopere insanire, et omnia in illius notitia
sacrarum literarum mysteria contineri dicere. Sin a-
hæc, quæ nunc non admodum accurate conyessi, post, si voles,
fusius tractabo, et majori diligentia, ejusmodi esse tibi vide-
buntur, quæ refelli firmis rationibus et possint et debeant
eadem sane, quæ me uti vides libertate refuta, omnia dili-
gentius exute, errorem demonstra, ut si falsa est, quam
tuor sententiam, protinus abjiciam, et in tuas partes
concedam, ac tecum unâ posthæc ego quoque, arcana ista

venerer, et postquam Saballicis istis sacris vestris initiatus
fuero, ex homine, non ut Apulejus, asinus, sed cabally fiam.
Vale et Christianam sapientiam cole. (Cracovia die 14.
Septembris 1571)

1791

Magnifico Dño Andrea Dudithio s. Dño suo cum reverentia
observando Joach. Samerary S. P. D.
Magnifice Domine. Indicatam mihi ad Tuam Magnific. literas
mittendi occasionem nolui pretermittere, et si valetudo ad diligen-
tiam scribendi mihi impedimento erat. Sed aliquid tamen potius
quam nihil literarum putavi esse mittendum. Quod ad Diophanti
librum attinet, et eum ad nos missum esse egi gratias et significa-
vi fideliter apud me custodiri, et me cum hac etate. Tam alios
ob causas eam non esse, qui interpretando illo operam navare
possim. Itaq; facturum me quidquid Magnificentia Tua iussisset.
de quo iudicium sententia tua expecto. Cum autem tua Magnificentia
me et meos eximio favore complexa sit, et hoc nomine illi a nobis
plurimum debeatur, putavi me non debere reticere quaedam, quae
cum tua Magnificentia fame non pedicari periculo dissiparentur,
praesertim ejusmodi, ut nomen quoy, nomen attingerent. Circumdata
enim est Epistola tanquam ab tua Magnif. scripta, in qua plane
et evidenter asseritur, inipium Samofateni et similitum delirationum
dogma contra Catholicum et Orthodoxum Euleissem Christi
consensum. Atq; in mentione Symboli Athanasiani meum testi-
monium de illo nominatim ponitur, non esse hoc ab Athanasio,
sed ab indocto quopiam monacho compositum. Id ego non memi-
ni in mentem mihi venire, nedum dixisse usquam, neq; omnino
tali forma orationis uti conspiciam. De conformatione quidem ca-
pitum illorum dubitatum esse aliquando ostendi; quin tamen sum-
mam doctrinam istius consentaneam cum Athanasii acerrimi pro-
homocasio propugnatoris doctrinam eam auctoritatem habere
confessus sum, quam Euleisia Christi Catholica illi tribuerit.
Atq; fuit ante annos VIII. tale etiam quiddam sparsum in Polonia,
ut ego de eo ipso, hortante pietatis et virtutis studiosissimo Chri-
stophoro